

β *Auena alba* s. *vulgaris*.

Gemeiner weißer Haber.

γ. *Auena anglica*.

Englischer oder schwerer weißer Haber. Winterhaber.

Avenae nigrae praefertur alba, *huic vero anglica*, *cum granum maximum*, *ponderosissimum et farina repletissimum contineat*.

Decorticata et in farinam crassiorem redacta semina Grutum (Habergrüze) *audiunt*, *et mensis nostris ob mucilaginem nutrientem imponuntur*.

Panis inde confectus niger amarus et digestu difficilis est.

Cereuisiam dat refrigerantem, tamen amaram.

Veteres germanos pulte mera auenacea victitasse, refert PLINIVS.

2. **AVENA (orientalis)** panicula coarctata secunda: spiculis bifloris, horizontalibus, parallelis: seminibus laeui bus. SCHREB. Lips.

Auena panicula heteromalla: calyce flore maiori: loculis bifloris; gluma maiori cartilaginea.

HALL in Comm Goett. VII. 18.

Türkischer, Ungarischer, Welscher, Aegyptischer Haber.

Fl. Augusto. ◎.

Saepe mutica est, plerumque vtroque flore fertili.

Grana majorem vehunt farinae copiam, et ad satiuam vulgaris se habent vt 25: 18.

3. **AVENA (nuda)** paniculata, calycibus trifloris, receptaculo calycem excedente, petalis dorso aristatis: tertio flosculo mutico. L.

B 2 Au-